

(47^a)

V

philosophus

mundi factorem. qui talia ~~revelavit~~ ac tanta archana
revelavit. Nam mundus ipse specula fertur rotundi-
tate collectus ut diversas rerum formas auditus
sui circuitione concluderet. Unde librum Seneca
consentanea philosophis disputatione formavit cui
titulus est de forma mundi. Nam in geometria utique
partem fatemur esse utilem teneri et altibus agitari.
in omnibus prodesse. etiam existimamus nec sine
causa summi viri etiam impensam huius scientie operam
dederunt cum sit geometria divisa in numeros atque
formas numerorum. nota non tantum oratori sed cuque
primis saltem literis audito necessaria est. quod ad
subtilitatem constat tenuissima et ad scientiam
utilissima. et ad excitationem valde iocundissima.
In causis frequentissime queritur. quia primum
ordo est geometrie necessarius. Nonne et eloquentiae
ex prioribus geometria probat insequentia. et
rectis inverta? Propter quod plures invenies
quidam dialectici similiter et rethorici (ingrediantur
hanc artem. Dialecticos namque syllogismo si res
possit utitur. Et qui sunt potentissimi gram-
matici quos apodixis greci dicunt idem probant. et
certe estimanda qui rethorici est syllogissimus
quod latine interpretatur mentis conceptio quem
profecto colunt orthographi ~~nuncupare~~ nuncupare
et ipse denique probat. ~~deinde~~ cuius sit formae
circuitus. quot lineis rectis continetur. quibus modis
finitur. Quae illa circumscripta linea sic efficiat
orbem. Quae formae in planis maxime perfecta
in quam tot spatia complectitur. et si quadratum
paribus oris efficiat. Rursum quadrata triangulis
triangula ipsa plus equis lateribus quam inequa-
libus et alia forsitan obscuriora quod etiam operis

(47^v)

- lxxx.